



III
1774
LUDWIG

ERBEN



Fol. 229.

1) Kriechen Andress

Wahl 2/13)

PK

DISCURSUS JURIS PUBLICI

QVARTUS

De

ROMANO GER-
MANICI IMPERII
ARCHIEPISCOPIS ET
EPISCOPIS,

Quem

D. T. O. M. A.

*Permittente Amplissimâ hujus Salanae Celeberrimâ
ma Jctorum Facultate*

PRÆSIDENTE

CHRISTOPHORO BEIN-
DORFFIO, WANTZLEBIENSI
Magdeburgico.

*Dominis suis Collegis discutiendum
proponit*

FRIDERICUS KÜHN HALENSIS
Saxo.

Ad diem 7. Augusti, horis & loco consuetis.

J E N Æ

Typis TOBIÆ STEINMANNI.

ANNO. M.DC. XIX.

DISCURSUS JURIS PUBLICI

DE

DE

ROMANO GER-

MANICO IMPERII

ARCHIEPISCOPI ET

EPISCOPI

DE

D. T. O. M. A.

RECTORIS ACADEMIAE IURIS SALINAE CAESARIAE

PER

RESIDENTE

CHRISTOPHORO BEIN-

DORFIO, WANTZLEBIENSI

MAGISTRO

DOMINI SUI COLLEGII HILFENBURGENSIS

PROFESSORIS

FRIDERICUS KÜHN HALENSIS

SAXO.

AD HONOR. MAGISTRI, HONOR. & LOCA CONFECTA.

J. E. N. A.

JAN. JOH. STEINMANN.

ANNO MDC. XIX.





THESIS I.



Illis in præcedenti discursu Electoribus Ecclesiasticis & Secularibus, instituti nostri ratio flagitat, ut Archiepiscoporum & Episcoporum considerationem suscipiamus, quam ut eo melius expedire, & nostro proposito accommodare possimus, generalem de illis tractationem præmittentes à verborum, explicationibus initium faciemus.

2. Archiepiscopos & Episcopos dictos esse putamus ab ἐπισκοπεῖν, quod inspicere significat, sive ab inspectione & visitatione, vel quod idem est, superintentione. *c. clericos. §. Episcopatus, autem. dist. 21. cò quod sint speculatores ac inspectores vitæ ac morum populi d. l. Duaren. lib. 1. c. 7. de sacros. Eccles. minister. Pauermeist. lib. 2. c. 7. in pr. d. jurisd. Schönborn. lib. 5. Polit. c. 35. Unde Romæ dicti, qui curam panis & annonæ atq; pretii haberent l. ult. §. 7. ff. d. muner. & honor.*

3. Et sunt Episcopi secundum gradus prærogativam in triplici differentia. I. enim sunt, qui integræ nationi, quæ plures continet provincias, præfident, & hi sunt Patriarchæ *Lancellot. in templ. om. judic. lib. 2. c. 3. num. 2.* II. qui non tantum unius civitatis, sed universæ provinciæ, quæ plures sub se comprehendit civitates, sunt Præfecti, & hi sunt Archiepiscopi. III. sunt Episcopi simpliciter ita dicti, qui uni civitati, virisq; civitati adjunctis præfunt, & propterea à procuratione populi & administratione caput dioceseos appellantur, *c. cum non liceat 12. de prescript. Ampliſſ ac Conſultiſſ. D. Laurentius Ohm, fautor & promotor meus summe ſuſpiciendus diſput. de jur. Episc. 1b. 13 Pauer. l. d. n. 3.*

4. Præter hosce enumeratos gradus sunt, qui quartum
A 2 adjun-

adjungere volunt, dum Archiepiscopos & Episcopos differre autumant; Cum tamē non modò in jure Canonico *per tot fere caus. 9. q. 3. & civili Novell. 5. & Novell. 7. c. 1. Matth. Steph. lib. 3. part. 1. c. 7. num. 5.* [quoniam sint in matrice Ecclesia & prima Civitate totius provinciæ, quæ tanquam mater curam agit sibi subditarum filiarum sive Ecclesiarum in eadem provincia constitutarum, præpositi] metropolitani nominentur; verum etiam jus illud, quod metropolitanorum, propriè Archiepiscopo competat, *c. ut litigantes 5. de offic. ordin.* imò propterea Episcopi coram Archiepiscopo ut metropolitano sunt conveniendi *c. Romana 3. in pr. d. appell. in 6. Illic. Umm. disp. 4. ad process. th. 7. num. 36.*

5. Sciendum tamen distingui posse, inter Archiepiscopos simpliciter ita dictos, & verè ita appellatos sive majores *Matth. Steph. l. d. num. 7.* hi enim annumerantur primatibus, & metropolitanis præsidere dicuntur *c. 1. distinct. 99.* ut sint quasi Exemplares ita loquendo ad Exemplum veterum Patriarcharum, quales fuerunt: Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus & Hierosolymitanus *c. Sacrosancta. c. Constantinopolitane c. Renovantes. c. diffinimus. dist. 22. & seqq.* ita instituti, illis tamen dissimiles, quoniam constat, Patriarchas longè majoris esse dignitatis & jurisdictionis *Bertach. in Repert. verb. Patriarcha & Primas,* licet primatibus ut Patriarchis, Archiepiscopis reverentia debeatur *Specul. in tit. de offic. ordin. & majorit. obed. in pr. & ab his ad illos quoq; appelletur.* Et talis est in Germania Archiepiscopus Magdeburgensis, qui citra omnem controversiam primatum Germaniæ obtinet *Ludolph. Scrad. volum. 1. Consil. 4. num. 64. & 125.* [etiamsi hoc Jesuita Hispanus Johannes Azorius Lorzitanus *in Instit. moral. tom. 2. c. 35. ac Consultis. D. Obm d. th. 13. sub lit. e. allegatus* negare contendat] cui hac ratione Salisburgensis & Bremensis, qui pariter Archiepiscopi & Metropolitanus, per institutionem Ottonis II. sunt subordinati.

6. Hisce gradibus olim accensiti fuerunt Chorepiscopi à *χωρεα* hoc est, pago quasi *χωρενοσ*, hoc est, rustici seu magis pagani & vicanei Episcopi dicti; quia non in civitate, sed per

sed per vicos & pagos munus & vicem Episcopi gerebant; eorumque officium cum Episcopis erat commune & quasi Vicarii erant; verum cum hoc sub prætextu, honorem Episcopalem sibi metipsis ascriberent, neque bona ratio institutionis eorum appareret, antiquati sunt & cassati per *c. 4. & 5. distinct. 68. Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. Jur. univers. lib. 15. c. 12. num. 46.* Item *Weyhbischoff* qui unice fere consecrationi erant dediti, quos etiam in desuetudinem abiisse putamus.

7. Inficias tamen ire non possumus nostro tempore, Chorepiscopos etiam in primariis Germaniæ Ecclesiis adhuc vigere; etenim hoc nomine *Chorbischoff zu Trier* usum fuisse Philippum Christophorum à Sotern in subscriptione Recessus Imperii Augustæ Vindelicorum Anno 1582. Cum Episcoporum Wormatiensis & Spirensis tum temporis ageret legatum, ex ipsis Recessibus est manifestum; Ita etiam de præventione Cæsaris fuit disputatum & Camera, in causa Gebhardi Episcopi Coloniensis & Chorepiscopi ibidem, ut notet ex Gailio *Petr. Syring. de pac. Relig. c. 14 p. mibi 142.* Idem *Chorbischoff zu Cöln* fuisse Ducem Saxoniae Laoburgensem, historiarum annales nos docent; quia cessante causa constitutionis *in d.c. Chorepiscopi* etiam ipsa constitutio non fuit recepta.

8. Sunt etiam Ambulatorii ac portativi Episcopi, qui etiam titularii appellantur, ac propterea mobiles Episcopi dicti, quod à propriis exules possint ubicunque pervenerint loci consentiente Episcopo & eo delegante munus Episcopale obire, & hi quidem verè dignitatem & potestatem atque titulum assecuti, rebus tamen vel fructibus sui beneficii sive suæ Ecclesiæ propter aliorum occupationem non possunt frui *Petr. Gregor. Tholos. l. d. num. 4.* ideoque etiam, quoniam sunt sine Episcopatu, ut Comites Palatini sine Palatinatu impropriè, ita dicuntur, *Jason. in l. id quod num. 2. 3. de legat. 1.*

9. Præmissis ergò hisce Archiepiscopi & Episcopi nobis sunt speculatores & observatores gregis sibi commissi in diocesibus curam habentes actuum sacrorum disciplinaeque



Ecclesiasticæ *Matth. Steph. l. d. num. 11.* In civilibus enim si
sint, qui prospiciant de iis, quæ ad sustentationem & conser-
vationem vitæ pertineant, quid ni multò magis hoc erit fa-
ciendum in iis, quæ conservationem animæ respiciant *Polid.*
Virgil. lib. 4. de inventor. rer. c. 6. cum semper potior sit ha-
benda ratio animæ quàm vitæ.

10. Causam autem Efficientem eorum investigari
nobis considerandi veniunt ut personæ Ecclesiasticæ & se-
culares: priori modo est PONTIFEX ROMANUS,
tanquam Ecclesiasticæ dignitatis apex, princeps, ac vertex,
qui *πρωτεύωντος Pauer. l. d. num. 15.* ac summus totius Im-
perii Ecclesiastici Monarcha appellatur, unde Potentissimi
Sacerdotis nomē sortitus, daß er genennet wird der allergewal-
tigste Pfaff / *Paul. à Citadin. in tract. de jur patr. ab. ordinibus Au-*
gustanæ Confessionis in der statlichen Ausführung wider Babsis
Pii IV. Concilium Tridentinum anno 1564. allegatus, apud
Ampliss. Dn. Fridericum Hortlederum fautorem meum & ho-
spitem multis nominibus conlendum in opere von den Ursachen
des Deutschen Kriegs l. 1. c. 47. fol. 502. Posteriori verò modo
est IMPERATOR, qui fons & origo omnis potestatis,
Jurisdictionis & superioritatis *Cagnol. in lib. 2. num. 190. &*
seq. d. o. 1. Pacian. de probat lib. 2. c. 43. num. 7. Ampliss. & Con-
sultiss. D. Arnoldus Engelbrecht / patronus meus observandus
disp. de jurid. th. 63. Ist das Oberhaupt im Römischen Reich /
Reichsabschied Anno 66. §. Wir wollen / dem niemand Maß
zu geben / Reichsabschied Anno 1544. §. Als wir aber. Unde
mundi dicitur domin^o *l. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. l. 3. C. de quad.*
prescript l. 31. C. de appellat. Treutl. part. 1. disp. 1. th. 5. lit. a.
Bornit. de Jure Majest. c. 7. à quo omnes dignitates, jurisdic-
tiones, concessionēs & investituræ ceu perenni fonte fluunt
& ad eundem per appellationes, nullitates & querelas re-
fluunt *Ventur. de Valent. in parthen. litig. lib. 1. c. 16. num. 23.*
Kirchn. de Republ. disp. 2. th. 4. Gail. 1. observ. 30. num. 21.

11. Materiam, unde Episcopi dependeant, ponimus
triplicem, & primo, In qua, est persona habilis ad munus il-
lud & officium subeundum & suscipiendum, quod nobis de-
scribitur à *D. Paulo 1. ad Timoth. 3. à pr. usq. ad v. 8. & Tit. 1. v.*
5. 6. 7.

5. 6. 7. 8. idque etiam Canones demonstrant à *distinct. 25. ad distinct. 48. c. cum in cunctis 7. extr. de Elect. t. t. de vit. & honest. Cleric. Novell. 6. c. 2.* Ex qua est gremium Ecclesiæ. Circa quam sunt personæ tum res ad Ecclesiam pertinentes.

12. Ad causam formalem refertur 1. Electio, quæ est personæ idoneæ & cui nullum impedimentum Jure objici potest, ad dignitatem, prælaturam vel ministerium Ecclesiasticum Canonicè & legitimè facta, vocatio *Lancellot. lib. 1. Instit. Canon. tit. 6. Spekb. in Exeges. Jur. Pontif.*

13. Veniunt autem hinc considerandæ, tum electio ipsa, tum circumstantiæ Electionis.

14. Electionem ipsam quod attinet, ibi vel respiciendum est ad personas eligentes vel ad personam eligendam.

15. Personæ Eligentes sunt Canonici Ecclesiæ Cathedralis, in qua Episcopus eligi debet *c. Cumana 50. cum similib. de Elect. Matth. Steph. c. 8. num. 5.* quibus hoc ab Imperatore in Comitibus Wormatiensibus Anno 1122. habitis est concessum *Chytr. in sua Chronol. p. 208.* Etenim cum in primitivâ Ecclesia illa fuit penes Apostolos, ut liquet ex *Actis Apost. & c. porro ult. dist. 66.* ad consensum populi & cleri fuit translata *c. plebs. 11. c. Episcopos 13. c. vota 27. distinct. 63 War. Luitbold. in libell. vom Tag zu Hagenaw Anno 1540. quem allegat Ampliss. D. Horlederius favior meus summè suspiciendus lib. 1. de caus. bell. Germ. c. 35. num. 71.* ut testimonium haberet Electus etiam ab iis, qui foris sunt *c. Jubemus 60. de consesr. dist. 1.* quod etiam observatum videmus in V. T. in Eleazare *Numer. 20.* qui fuit electus coram omni Synagoga. Verùm cum dignitatem Romani Imperatoris Christiani Principes ambirent, suos consensus interposuerunt, donec ad Collegia Caonicorum pertransiit; Et hoc tam in Electione Episcopi quàm Archiepiscopi observatur, licet de Jure Canonico in Electione Archiepiscopi jus eligendi ad suffraganeos quoque Episcopos videatur pertinere.

16. Hinc facilè liquet, quibus jus eligendi non competat, arcentur enim Laici, quoniam illis omnis potestas eligendi

eligendi aut electioni sese immiscendi Jure Canonico est
præcisa c. 1. 2. 3. 4. 5. & 7. dist. 63. ita ut Principes etiam exclu-
dat d. c. siquidem libera esse debet in Ecclesia Cathedrali E-
lectio sui Episcopi, & solis Canonicis competit c. cum in ve-
neri 52. & c. congregato 53. d. Elect. Jul. Pflug. Episc. Numb.
in der Supplication wider den Churfürsten zu Sachsen/ Anno 41.
apud prædictum Dn Hortl. d. l. c. 14. num. 4. & 18. & c. 16. nu.
24. & 27. Petr. Gregor. Tholos. l. d. ideoque nec consuetudine
jus illud eligendi introduci potest, quamvis etiam illa supe-
ret vitam hominum c. Sacrosancta 51 c. Messana 56. de Elect.
nisi speciale privilegium intercesserit, aut nisi in ipsa funda-
tione hoc sibi Principes specialiter reservarint.

17. Et hoc videmus observari in Episcopatu Cami-
nensi, quod est in Pomerania: Ibi neque Episcopum neque
Prælatum vel Canonicum absque consensu vel nominatio-
ne seu præsentatione Ducum Pomeraniæ posse eligere, est
manifestissimum. Cum enim Episcopatus ab ipsis sit fun-
datus & præterea etiam totus ejus districtus, immediatè in
eorum territorio situs; Imò ipse Episcopus omnem Juris-
dictionem ab ipsis Ducibus habeat, ideoque non modò in
ipsa fundatione hoc sibi reservarunt, verùm etiam tenetur
Episcopus ad Consilia vocatus instar aliorum subditorum,
& sit tuum Pomeraniæ propter præstitum homagium, com-
parere Matth. Steph. l. d. num. 12. & 13. Schurff. cent. 1. Consil.
72. à Consultiß. Dn. Hortl. in eandem rem. citatus, in notis ad
Electoris Sax. Duplicenschrift. Wider Julii Pflugii replicane
lib. 5. d. caus. bell. Germ. c. 18. num. 14. & 21.

18. Idemque Juris ob easdem propemodum causas,
sibi Electores atq; Duces Saxoniae in Episcopatum Misnen-
sem, Merseburgensem & Naumburgensem: Marchiones
Brandenburgenses in Havelbergensem: Et Duci Austriae in
Brixiensem sibi vendicant, ut videre licet ex Electoris Johan.
Friderici atq; Ducum Saxoniae Samptischrift an Keys. Majest.
Item Verantwortung vnd Duplicenschrift adversus Episcopos
prædictos apud Dn. Hortl. d. lib. 5. c. 11. 15. & imprimis c. 18.
num. 12. 13. 14. 15. 21. & 22. Itemque ex iis, que notat exfor-
mula

mula appellationis Martini Electi & Capituli Brixienfis ex Felice Hemmerlein sive Malleolo ad d. c. 18. num. 15.

19. Quod autem Romani Imperatores modum Electioni præscribentes *Auth. presbyterum l. si quenquam 31. l. Sacris nostris 47. cum similib. C. de Episc. & Cler. Novell. 6. 57. c. 1. 122.* auctoritatem suam interposuerunt, quodque etiam Pontifices non confirmandi solum jus, verum etiam eligendi & creandi habuerunt, *c. in Synodo distinct. 63.* non privilegii nomine nobis venit considerandum, sed cum saltem recognitio Juris veteris fuit novum jus constituere non posse *cum Ampliis. & Consultis. Dn. Arnoldo Engelbrecht d. disp. de Jurisd. conclus. 84.* existimamus.

20. Ac omnes ad Electionem citari debent, quibus jus istud competit *c. cum inter universas 18 de Elect.* quæ citatio ita fieri debet, 1. Ut adsint certo loco ad Electionem faciendam. 2. ut ad Electionem veniant *Tholos. l. d. num. 19.* adeo ut absentes etiam attingat *c. quod sicut. 28. d. c. cum inter universas d. t.* quod justo impedimento absentes, per alium consentientibus aliis Canonicis perficere possunt *c. quis vero de Elect. in 6.* si per literas ipsi commiserint, licet aliàs ita suffragium ferre non possint *Matth. Steph. d. l. num. 26.*

21. Ipsam Electionem peragunt Capituli major & sanior pars conjunctim, *c. quia propter. extr. de Elect.* nec sufficit ad Electionem, si major suffragantium numerus in eandem personam consenserit, si sanior dissentit, excepto eo casu si numerus eligentium alterius partis in duplum excesserit, tunc enim contra illam Electionem quicquam opponendi non habent facultatem *c. si quando de Elect. in 6.*

22. Et consistit illa Idioneitas 1. in ætate. Nam jura Canonica non modò sed & civilia nullum in Episcopum eligi debere volunt, nisi qui 36. vel 30. attigerit annum *Auth. presbyterum in fin. C. de Episc. & Cler. d. c. cum in cunctis.* Cum enim minorum hisce annis ætas adhuc lubrica & suis præesse non præsumantur, diœcesi quoque proflare non intelliguntur, & qui seipsos non norint gubernare, indecorum.

B

erit

erit ad regimen aliorum promovere *c. Indecorum 3. de atat. & qual. Petr. Gregor. Tholoff. Syntag. jur. univers. lib. 17. c. 6. num. 14.*

23. Non tamen omnino juvenes contemnendos esse putamus, sed etiam hosce ad dignitatem Episcopalem esse admittendos censemus, quia plerumque juvenes sunt ingenio perspicaciori quàm senes memoriaque ingenio, reliquisque adjumentis quibus scientia acquiritur, valent. *l. 91. S. sequitur ff. d. V. O. & reperiuntur non rarò, qui senes prudentia, rerumque experientia superent Bart. Agric. in lic. 2. polit. Histor. de atat. ineunt. offic. c. 13. & c. 15. p. 205. Et quid multis? Exempla hodie esse in Germania manifestissima non est qui neget.*

24. II. In natalibus, ut sit illæsus *c. Cænomanensem 13. & seq. distinct. 56. c. cum in cunctis de Elect. Deut. 23. ubi non ingredietur manser & c.* quia enim metuitur in continentia paterna, cum sæpè accidat, ut filius vestigiis insistat parentum, ac ita non tantum corporis paterni, sed etiam animi quædam imago, cumque etiam indigni tanto honore judicantur, quoniã sunt infamia notati, non quidem edicto prætoris, sed quoniam hominum ea est de ipsis opinio, *Azo. in summa C. tit. quibus ex caus. irrog. infam. ideoque meritò arcentur ab hac dignitate Duaren. lib. 4. de Sacros. Eccles. benef. c. 5.* Et hoc videmus etiam in aliis observatum fuisse, quemadmodum notat *Spangeberg in Chron. Saxon. pag. 247.* Fridericum I. Imperatorem Principibus Imperii in Comitibus Merseburgi celebratis, fidem suorum natalium, idoneis ad hoc prolatis documentis vindicare debuisse, interest enim Reipubl. & honestius est legitimè natum esse *arg. l. 1. ff. solut. matrim.*

25. III. In scientia; nam illiteratos ad ordines promovere jura Canonica non concedunt *per c. 1. distinct. 36. c. precipimus. 10. distinct. 34.* Ideoque Episcopum, qui commodè onus sibi impositum exequi velit, noticiam non modò veteris & novi Testamenti habere est necesse *c. pen. & ult. distinct. 36. & c. omnes Psallentes 6. distinct. 38.* verùm etiam nec negotorum secularium ignarum omnino esse oportet.

&

& alienum. *c. unic. distinct. 39.* Et licet ordinatum illiteratum omnino quidam ex interpretibus admittere volunt, tamen cum alias electio illiterati ipso jure nulla, *d. c. cum incunctis 7. c. quisquis 53. de Elect.* suspendendus erit ab officio, donec se idoneum & huic |gradu reddiderit sufficientem.

26. Idiotas etiam ab hac dignitate remove volumus *per Novell. 6. c. 2. §. 2.* ne heri Catechumenus, hodie Pontifex, heri in Amphiteatro, hodie in Ecclesia, vespere in circo, mane in altari, dudum fautor histrionum, nunc virginum consecrator, *Hieron. ad Ocean.* Quod etiam adhuc in quibusdam locis frequentatur, ut nemo ad hujus dignitatis culmen pervenire possit, nisi sit ex illustri stemmate oriundus, quod videre est in Episcopatu Argentoratensi, ubi nemo nisi Princeps vel Comes vel Baro in Episcopum eligitur, unde Nobilissimus etiam appellatur, *Matth. Steph. cap. 10. num. 1.*

27. Si adversus ea, quæ diximus, aliquem eligerint, nullum Episcopum habebunt, eadem enim ratione Ecclesia dicitur viduata, inutilem quæ habet Episcopum, quàm quæ omnino nullum, cum paria sint aliquid vel non fieri vel non legitime aut vitiose fieri. *l. quoties 6. ff. qui satis d. cog. nulla 2. ff. d. autor. tut. c. 2. de exmsl. Episc.*

28. Ratione circumstantiarum respiciendum est. ad tempus, quando & quo tempore Electio fieri debeat, quod nobis denominatur *in c. postquam 11. distinct. 50.* ut fiat intra tres menses à vacatione Ecclesiæ mortuo Episcopo & sepulto *Matth. Steph. l. d. num. 2.* Et hæc adeo vera sunt, ut si intra tres menses Electio non fiat, jus eligendi amittatur & superior qui olim summus Pontifex *c. dilectus 12. de Concess. præbend.* hodie superior Archiepiscopus vel Primas *c. ne pro defectu 41. de Elect. apud Gregor. c. nulla 2. de concess. præbend. Petr. Gregor. Tholos. c. 12. lib. 15. num. 22.* jus istud sibi vindicet, nisi justum impedimentum allegare, *d. cap. ne pro defectu gloss. inc. bene novit. dist. 61.* vel propter mortem penes quos jus nominandi procedere non potuisse, vel à patronis sive aliis impeditos fuisse, potuerint probare.

29. Non tamen omnem omnino amittunt eligendi potestatem, licet priventur quodammodo, sed potest ab iisdem remitti, penes quos potestas eligendi residet, quoniam in non delinquentium favorem est introducta, ideoque ad secundam electionem possunt procedere *c. cum Vintoniensis 25. vers. nos igitur attendentes d. Elect.*

30. II. Ad locum: ubi convenire debeant, qui est Ecclesia Cathedralis si fieri potest. *c. quod sicut 28. de Elect. c. qua fronte 25. in pr. de appellat.*

31. III. Ad modum, quomodo Electio sit facienda, ubi sese triplex nobis repræsentat, siquidem Electio fit vel per scrutinium vel per compromissum, vel per inspirationem quasi divinam, *c. quia propter 42. de Elect.*

32. Modus eligendi per scrutinium est, quando tres de collegio fide digni assumuntur, qui secretè & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirunt & in scriptis redacta mox in communi publicant, ut is eligatur, in quem omnes vel major & sanior pars cōsenserit *d. c. quia propt.* Et hic modus licet usitatissimus, tamen consuetudine ad Superintendentes pervenit *Joach. Steph. lib. 1. Instit. jus Can. c. 3. num. 22. & lib. 4. de jurisd. c. 11. num. 43. & seqq.*

33. Per modum compromissi Electio fit, quando eligendi potestas aliquibus viris idoneis committitur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ de Pastore provideant idoneo, qui & pro electo etiam habetur *d. c. quia propter* & hic modus est rarissimus.

34. Per inspirationem quasi divinam fit Electio, quando quis ab omnibus Electoribus sine vitio eligitur, & hæc in de suetudinem abiit *Joach. Steph. c. 11. de Jurisd. lib. 4. num. 41.* Hodie in Electione sufficit majoris partis consensus *Matth. Steph. l. d. in fin. Tholoz. lib. 17. cap. 12. numer. 28. 29. 30.*

35. IV. Ad numerum [notandum hunc ad Episcopos saltem pertinere, siquidem Archiepiscopi toti præsident provinciæ] cum enim à Justiniano constitutū, ut tot sint Episcopi quot civitates, & quælibet civitas proprium habeat Episcopum *l. 36. C. de Episc. & Cler.* attamen in Germania [non

[non sine Ecclesiarū damno uti Protestantes apud *Consultis.*
Dn. Hortlederum admonent 1. de caus. bell. Germ. c. 37. num. 152.]
res aliter se habet. Non enim singulis civitatibus Episcopum
peculiarem præficimus, sed tot civitates unius Episcopi sunt
subjectæ Jurisdictioni, ut quàm optimè possint provinciæ
æquiparari. Et videmus sæpissime, unum Episcopum simul
plures Episcopatus possedisse. Exemplum habemus in Al-
berto Cardinale Marchione Brandenburgico, qui simul Mo-
guntinā & Magdeburgensem Archidioeceses amplissimas unā
cum dioecesi Halberstadenſi tenuit. Item in Electore Colo-
niensi Ernesto Bavoro, cui non modo Coloniensis & Mora-
steriensis verum etiam dioceses Leodiensis, Hildeshei-
miensis & Frisingensis fuerunt subjectæ. Nihil dicam de
Duce Brunsvicensi & multis aliis, quot illi simul governa-
rint. Videatur *Chytraus in metrop. & passim in Chron. Saxon.*
Pflugius apud Dn. Hortled. de caus. bell. Germ. lib. 5. cap. 15.
num. 40.

36. Electioni succedit Postulatio, quæ est concursus
Capituli vel aliorum petitio, superiori facta de promovendo
in Prælatum aliquo, qui propter aliquod impedimentum
vel defectum jure communi eligi non poterat *Spekb. exeg.*
jus. Pontif. cum enim persona contra prædictas de Electione
leges electa, non possit officio fungi Episcopi, succurritur ei
subsidio postulationis, qua à superiori impedimento, quod
electioni obstat, potestas remittendi petitur *c. fin. de postulat.*
Prælat.

37. Hinc ergo liquet, Postulationem esse ab Electio-
ne distinctā, quamvis antiquo jure verborum postulationis
& Electionis promiscuus erat usus *c. literas 14. dist. 63.* Etenim
Electio publicato scrutinio facta amplius mutari non potest,
cum tamen postulatio illi facta, qui jus habet admittendi
antequam offeratur, quàm optimè revocetur *c. Bonæ memo-*
riæ. ubi Abb. num. 10. de Elect. Adde quod ii, qui postulantur,
non possint sine aliquo impedimento eligi, qui verò sine
aliquo impedimento eligi possunt, postulari non debeant
c. pen. de postul. Prælat.

38. A nominatione quoq; est diversa, licet illi videatur

tar affinis, quia ante presentatam utramq; in utraq; admittitur variatio postea vero nequaquam *d. c. bone. Bartol. in l. absentiff. de Donat.* utpote per hanc plures ut personæ idoneæ nominentur *Hostiens. in summ. tit. de postul. pralat.* siquidem est duorum, trium vel plurium ut Electionis causa idoneorum delectus *Archid. in c. nulla d. Elect. in 6. ut & expressio,* per illam verò unius saltē fiat mentio, ideoq; etiam certa atq; simplex appellatur, cum in nominatione e contra semper ab uno ad alium fiat progressus *c. 2. eod. in 6.*

39. Duplicem autem invenimus postulationem, solemnem & simplicem; illa in Postulatum omnem transfundit potestatem, ideoq; etiam omnia exercere potest, non secus ac si electus ac confirmatus esset *Abb. in c. 1. num. 34. de postul. Pralat.* ideoq; consensum postulati non requirit, sed duntaxat potestatem Superioris implorat, ut impedimentum remove veliti. Simplex verò consensum requirit non modo Postulati, verum etiam ejus, sub cuius est potestate, ne inficio patre filius Ecclesiæ præficiatur, & ita filius à patria potestate liberetur *Novell. 123. Matth. Steph. 1. d. num. 14.*

40. Et postulare possunt omnes, qui possunt eligere, de quibus supra *th. 19. & 20* ac admissa postulatione à superiori Electione non est opus *Hostiens. l. d. S. si. quis sit effectus per c. innotuit §. fin. de. postulat. & tunc legitima esse censetur, si omnes in unam eandemq; consenserunt personā c. 3. & 4. d. t.* si verò Electio cum postulatione concurrat, ibi ut postulatio prævaleat, debet numerus postulantium in duplum excedere *c. Scriptura 40. de Elect.*

41. Necessaria est quoq; ad Episcopi constitutionem confirmatio, quæ est juris quæsi per Electionem corroborativa declaratio. Siquidem Episcopus ante confirmationem nullam habet potestatem nullamq; muneris sui functionem, licet quædam ipsi permittantur *Tholos. Syntagm. jur. univers. lib. 17. c. 7. num. 7.* imò Episcopus ante confirmationem sese immiscens administrationi, non solum spem confirmationis, verum etiam omne jus per Electionem sibi acquisitum amittit *c. qualiter ubi Abb. num. 4. de Elect.* post confirmationem verò ea, quæ sunt jurisdictionis, exercere poterit optimè

c. avatia

*c. avaritia 5. de Elect. in 6. per confirmationem enim domi-
nium Prælatuæ sibi acquirit Innocent. in c. ex parte de arbitr.
Bald. in Marg. in verb. Electio.*

42. Proficiscitur confirmatio Episcopi à superiori sui,
& si est Episcopus ab Archiepiscopo *c. Extra conscientiam 5.
c. fin. dist. 64. & c. cum dilectus 32. de Elect. vel Pontifice Roma-
no, ac propterea est introducta, ne inidonea promoveatur
persona; ideoq; incumbit confirmanti ante confirmationem
in actum Electionis inquirere, & si omnia in ea ritè fuerint
peracta, tunc demum confirmare, *c. cum nobis 19. c. 44. nihil
de Elect.**

43. Sed quaritur his non immeritò si Electio invali-
da, an per confirmationem valida fieri possit? Resp. cum
Bertachin. in 4. part. secund. part. princ. lib. 3. de Epis. num. 12.
cum hac distinctione: Aut Electio fuit invalida ratione per-
sonæ aut ratione eligentium, aut ratione formæ; Si ratione
personæ Electio non potest validari, *l. si constat 12. ff. de appell.*
si verò ratione eligentium, potest, si verò neq; hoc neq; illo
modo, sed saltem ratione formæ; videndum an eligens eju-
smodi quantitatis sit, ut possit illud munus concedere, &
tunc validatur, tum tamen, ut confirmatio proficiscatur ex
certa scientia; si verò eligens non potest concedere, etiam
non invalidatur per confirmationem *Innocent. in c. nihil de
Elect. Bartol. in d. l. constat.*

44. Ut etiam rectus modus & forma in collatione be-
neficiorum observetur, quam Episcopo ratione L. Diocæsia-
næ competere infra dicemus, tenetur Episcopus post factam
confirmationem & antequam consecratur, fidelitatem sum-
mo Pontifici, de non alienandis rebus suæ Ecclesiæ & con-
servandis, ac in beneficiorum collationibus ritè disponen-
dis, præstare *c. 2. de feud. quæ forma juramenti habetur in c.
Ego N. Episcopus 4. de jur. jur.*

45. Investitura qua Episcopis solenniter traduntur E-
piscopatus, cui illa cõpetat, altioris putamus esse indaginis:
Nos Imperatori ascribimus. Non enim modo à tempore
Hierarchiæ institutæ, Investitura tanquã maximum Regalè
fuit penes Imperatores, verũ etiã propter feuda, quæ Episcopi
propter Episcopat⁹ possidēt, nõ nisi à Domino principaliori
prove-

provenientia meritò propter scandalum majus evitandum,
à fella Petri erunt arcendi *Waltram. Episcop. Naumburg. tract.
de invest. Episc.*

46. Nec quicquam nos moveret transactio Calixti II.
cum Heinrico V. in qua per annulum & baculum investire,
Pontifici cessit, regalium verò per sceptrum sibi soli reserva-
vit *Cranz. lib. 5. Saxon. c. 42.* verùm cum sine consensu li-
bero nullus contractus iniri possit *l. 1. §. penult. ff. de pact. & ni-
hil consensui tam contrarium, quam vis. 2. 3. ff. quod met. caus.*
hæc autem transactio extorta, Imperatorum Regio juri,
quicquam præjudicii adferre non poterit *Ampliss. ac Con-
sultiss. D. D. Arnol. Engelbrecht patronus meus observandus d.
disp. th. 72.*

47. Similiter nec refragantur nobis pacta novissima
inter Fridericum III. Imperii Principes & Nicolaum V. An.
1447. inita, quæ concordata Germania appellitantur; cum
enim illa nunquã in detrimentũ fieri possint, successores etiã
non obligabunt, siquidem salus totius Imperii summa ne-
cessitas, justitiæ & omnium publicarum consultationum vi-
gor, quò omnes conventiones revocandæ *Alex. Rajed.
decis. 41. num. 61.* aliud efflagitent.

48. Nec est amplius quod dubitemus, siquidem in
publico Imperii decreto Anno 1555. jurisdictio contra Au-
gustanæ Confessioni addictos omnis est suspensa. *S. Darmit
auch/ubi sol die geistliche jurisdiction wider der Augspurgischen
Confession/Religion/Glauben Bestellung der Ministerien/Kir-
chen gebräuchen/Ordnung so sie auff gerichtet oder künsttig auff-
richten möchten/ bis zu endlicher Vergleichung der Religion/ die
geistliche jurisdiction eingestellet vnnnd suspendiret seyn vnnnd
bleiben.*

49. Et licet post confirmationem & Electionem E-
piscopus quædam [puta quæ sunt Jurisdictionis *Panorm. in
c. Suffragan. in fin. de Elect. apud Gregor.*] exequi possit, ta-
men ut plenum & integrum jus in Episcopatu habeat con-
secratum quoque eum esse oportet, siquidem post consecra-
tionem demum beneficia Ecclesiastica, quæ sunt ordinis,
ipsi conferuntur *c. quod sicut 28. §. praterea de Elect. c. quam-*

vis 4.

vis 4. distinct. 68. Imò de rigore juris non dicatur Episcopus nisi sit consecratus *c. licet ult. extr. de transl. Episcop. Panorm. in c. eam d. Rescript.* Secus tamen res sese habet in Episcopatu, qui regalis dignitatis non est, ibi cum Episcopus ad nominationem Principis legitimè confirmatus, vel sine nominatione ab eo, qui confirmandi jus habet, poterit conferre beneficia suæ dioceseos ante consecrationem & ante possessionem adeptam *Bertachin. in tract. de Episc. lib. 3. part. 2. princ. num. 8. per c. nosti. de Elect.*

50. Decessum autem ab hoc rigore in Germania est in propatulo, etenim nulla nobis sunt exempla vigentia etiam in Pontificiis Episcopis, maximè ex illustrissimis familiis natis, qui consecrati non sunt, neq; consecrari ex politica quadam consideratione voluerunt, & tamen nomen titulumque suæ dignitatis Archiepiscopalis & Episcopalis usurparunt *Clariss. D. D. Laurentius Ohm. d. c. th. d. lit. e.*

51. Consecratio autem illa, quæ etiam ordinatio dicitur *Oldrad. Consil. 14. c. 12. num. 2.* eò, quod per illam ordo conferatur Episcopo *Matth. Steph. c. 12. num. 2.* est periodus Electionis, utpote per illam matrimonium Spirituale inter Episcopum & Ecclesiam ejus Electione inchoatum & confirmatione contractum tandem perficitur & consumatur *t. t. Extr. de transl. Episc. & fieri debet post confirmationem, intra tres menses nisi justum obstet impedimentum c. quoniam quidam 2. distinct. 75.*

52. Et fit illa non semper uno eodemq; modo, nam si Episcopus est exemptus, tunc illa consecratio perficitur ab Episcopo vel ejus mandato, si verò non exemptus fit ad minimum à tribus Episcopis ab Archiepiscopo per litteras quaesitis & vocatis ejusque consentientibus *rot. caus. 64. & dist. 64. & 65.* vel ab Archiepiscopo ipso cum suis suffraganeis *c. 1. 2. 3. 4. d. distinct. 64.* quod tamen secus est in consecratione Archiepiscopi, siquidem illa fit ab omnibus suis suffraganeis cum consensu Primatis ad Ecclesiam matricem vocatis *c. final. distinct. 51.* & hoc jus hodie præscripsit sibi *Papa gl. in c. fin. 1. distinct. per c. pudenda 24. q. 1.*

53. Cum etiam antiquitus in primitiva Ecclesia un-

C

ctio

etio fuit usitata & adhuc illa in Imperatoribus & Regibus Christianis continetur ut videre est in *Aur. Bull.* etiam à Pontificibus est reservata in *c. unic. d. Sac. unct.* quod unguentum conficitur ex oleo olivarum & Balsama ac dicitur Sacrum Chrisma *Matth. Steph. l. d. num. 6.*

54. Pallio quoque opus habent Episcopi, siquidem est insigne ornamentum Patriarcharum, Archiepiscoporum, Metropolitanorum, Episcoporum & quarundam etiam Ecclesiarum ex speciali quodam privilegio de corpore B. Petri Pontificalis sive pastoralis officii plenitudinem cum translatione dignitatis designans *Spekh. Exeg. jur. Pontific.* cujus petitio intra tres menses fieri debet *c. quoniam i. distinct. 100.* quod dum consequitur, tanquam verus Episcopus confirmatur.

55. Nec licet antecessoris pallio uti, sed unusquisque sibi tenetur Romæ comparare, & si fortè permutatione vel alia quavis ratione Ecclesiæ fieret Patriarcha sive Metropolitanus, etiamsi antea parasset, nihilominus tamen iterum, ut emeret, necesse haberet, cum aliàs nullum inaugurare posset. Hinc est quod Sleidanus asserit, Pallium antequam domum perferatur constare ferè 30. millibus aureorum. *Denk allein zu Rom werden 25000. fl. gegeben in gravam. Nat. Germ. contr. Pontif. Rom. avaritæ & tyrannid.* Also daß auch bey lebzeiten eines Menschen / aus dem eintzen Erzbisthumb Mens siebenmal 25000. fl. das ist zusammen 175000. fl. nach Rom gelieffert worden. *Consultis. D. D. Ohm favor & promotor meus summè suspiciendus l. d. Adde. Die statliche Ausführung statuum August. Confess. wider des Papsts Pii IV. Tridentinische Concilium, apud Amplis. Dominum Hortleder. hospitem meum honorandum lib. 1. de caus. bell. germ. c. 47. num. 44. & 45.*

56. Et hæc sunt, quæ ad formam Episcopi constituendam olim ita pertinebant, ut si confirmatio, vel consecratio omissa, Episcopi officio fungi non possent. Verùm jam res aliter se habent, nam nos aliter edocti putamus etiam Episcopum Electum sive postulatam, si maximis causis sit impeditus ut consecrari & investiri non potuerit, nihilomi-

nus

nus possessionem vel quasi juris Episcopalis universi apprehendere, id execere, atq; in illa possessione se tueri posse; etenim I. Quicumq; justam possessionem habet, etiam ea quæ possessione acquisivit, justè exercere poterit; Jam verò Episcopi electi habent justam possessionem, quippè illā acceperunt bona fide è manibus Capituli. E. Accedit II. ex identitate rationis, ut quemadmodum Imperator ex sola Septemvirorum electione verus sit Imperator, ac jus administrandi consequatur, etiamsi Pontificis approbatio non accedat, *Buxtorff. in dissert. ad Aur. Bull. th. 38. lit. b. c. d.* Ita etiam Episcopus ex sola Capituli electione poterit exercere jura Episcopalia, etiamsi Pontificis consecratio non sequatur. Imò hoc est in Episcopis Augustanæ Confessionis decisum, siquidem in Comitibus Imperii Anno 1555. omnis Jurisdictio Papæ est suspensa *Dem es sol bis zu endlicher Vergleichung der Religion die geistliche Jurisdiction eingestellt vnnnd suspendirt seyn vnnnd bleiben.* Ac quid multis? Videmus enim, etiam ipsos Episcopos Pontificios confirmationis & consecrationis *à papistis* parvipendere.

57. Nec refragantur nobis quicquam *c. nihil 44. circa pr. c. qualiter de Elect. c. avaritie eod. in 6.* quæ tanquam scuta Achilleia nobis à contrarium sentientibus opponuntur, in quibus dicitur; quod electus ommissa confirmatione, quovis etiam titulo aut prætextu administrationi suæ Ecclesiæ sese immiscens, jus sibi quæsitum ipso facto amittat. Etenim hæc ita limitata esse existimamus, ut illi qui unanimes consensu eligentium electi, & à Pontifice confirmandi essent, possent quàm optimè etiam ante confirmationē tam spiritualia quàm temporalia exercere & administrare *d. c. nihil §. cæterum.*

58. Similiter nec officit nobis §. *Vnd nach dem bey Vergleichung* nam [licet à nostræ religionis interpretibus dicatur hujus §. nullam amplius haberi rationem, ea quæ in Archiepiscopatu Coloniensi & Episcopatu Strasburgensi tamen acta gestaq; sunt nobis reclamant] fortius argumentum putamus esse ejus §. causæ finalis, quæ videtur hæc esse *Petro Syring. de pac. Relig. c. 1. §. cæterum p. mihi. 87. ne in præ-*
C 2 judi-

judicium Capituli vel subditorum quicquam in diœcesi innovetur. Ex hac enim cum pateat hunc §. in favorem Capituli introductum esse, & verò cuilibet liceat favori pro se introducto renuntiare *l. pen. C. de pact.* quidniſſicabit etiam Capitulo Episcopum Augustanæ Confessionis eligendo, postulando à tenore ejus recedere. Quod sane prudentissime Detlevum à Winterfelt & Carolum Barthium Jctum & Cancellarium Neomarchicum perpendisse accepimus, ideoq; ad Electorem Brandenburgicum è legatione ad Rudolphum I I. Cæsarem, qua Pragæ Anno 1590. fungebantur, sic rescripsisse: Und möchte diß/ was etwan hievon gerahen worden/ noch wol das beste seyn. Nemlich daß die Bischoffe/ so die Religion zu verendern gedechten/die Sache bey Zeit bey ihren Capitularn vnd Stifftstenden also vnterbawen/daß sie von inen nicht angefochten noch beklagt würden. So liessen sie als dann andere Frembde auch wol bleiben/ wie man gleichwol nicht erfahret/ das der Stifft halben so vnserer Religion Herren thane haben/ ohne klage der Vnterthanen oder Capitularen etwas fürgenommen würde. Ja es haben sich die fürnehmsten Geistlichen zu mehrmalen erkleret/ wenn sie das/ was sie jeko noch haben/ behalten könnten/ daß es der verenderen Stifft halben/ wol wie es jeko ist/ bleiben würde/ *quale rescriptum ab Ampliſſ. & Consultiſſ. Dn. Frider. Hortled. hospitii meo & promotori æviternum colendo pro singulari benevolentia mihi est communicatum.*

59. Finis, cur Episcopi constituentur, consistit in eo, ne unusquisque ad se trahens Ecclesiam Christi raperet, sed omnia rite administrantur, & ad gloriam Dei & hominum salutem dirigantur.

60. Effectus est jus & potestas Episcopalis, quam cum *Clariſſ. D. Obm.* ad quatuor capita ordinem nimirum L. Diœcesianam, jurisdictionem, & dignitatem referimus nihil remorantes à Canonistis tria saltem statui, siquidem cum ita inter se distinguantur, quod in disquisitione ipsa demonstrabimus, etiam nos distinguere debere putamus *arg. l. 8. de publ. in rem act.*

61. Et I. Ratione ordinis, quædam competunt Episcopo,

scopo, quædam ad Ecclesiam pertinent, quædam personas respiciunt Ecclesiæ coherentes. Quæ Episcopo comperunt, illa sunt I. potestas publicè docendi & prædicandi verbum Dei *c. inter cætera 15. & ibi gloss. in verb. prædicandi Extr. de offic. ordinat.* II. Administrandi Sacramenta *c. sicut non aliis 11. de consecrat. distinct. 1.* III. peccatores in Ecclesia ligandi & absolvendi *arg. text. Matth. ult. v. 19 Marc. ult. v. 16. 17. Johan. 20. v. 22. 23. Caus. 16. c. pervenit 9. q. 1. c. quia quorundam 8. §. clavis. Extrav. de V. S.*

62. Cum autem Episcopus in sua diocesi non ubiq; munera hæc exercere possit, concessum est ipsis aliis provinciam hanc demandare, & si patronorum intersit legitimè præsentare, atque in subsidium gregis dispersi assumere *arg. c. inter cætera de offic. ordin. illos ordinare tot. tit. tempor. ordinat. & tit. ordinatis ab Episc. qui renunc. Episc. tot. dist. 71. vel aliis facultatem hanc ordinandi per literas commendatitias, quas domissorias vocant, permittere c. Primatus 6. & c. Extraneo 7. distinct. 71. & tot. distinct. 72. c. fraternitatis 5. de Cleric. non resident. Petr. Gregor. Tolos. lib. 33. cap. 15. num. 12.*

63. Quoniam in Aquisgrani sanctionibus Caroli M. sancitum, ut eorum, qui ordinari cupiant; fides ab Episcopo diligenter discutiatur, quod est comprehensum in *Novell. 123.* debet Episcopus ratione juris scrutini vel examinis, quod illi exinde accrescit, secundum rigorem Canonum inquirere in vitam & doctrinam illarum personarum *c. quando Episcopus 5. & 6. 7. distinct. 24. t. t. de temp. ordin. & qual. ordin. c. unic. de scrutin. in ordin. faciend. ne personæ indignæ ordinentur & in clerum assumantur.*

64. Omnium etiam Ecclesiarum monasteriorumq; regimen, sollicitudo & cura ad Episcopum loci pertinet, *c. 16. c. omnes Basilica 10. q. 7. c. obitum 16. distinct. 61.* ideoq; loca sacra & Ecclesias propriâ authoritate poterit erigere, dedicare, consecrare & inaugurare *c. nemo Ecclesiam 9. de consecrat. distinct. 1. c. cum olim 14. §. Insuper de privil. & excess. c. aqua 9. de consecr. Eccles. vel altar. Novell. 67. c. 1. Novell. 131. c. 7.* Item duas unire *c. sicut unire 8. de Excess. Prælat. atque*

unam in duas dividere *c. ad audientiam 3. in fin. de Eccles. edific. & repar.*

65. Ac licet de jure civili unusquisq; locum possit facere religiosum, dum mortuum infert in locum suum §. *Religiosum 9. Inst. de R. D. l. 5. §. Sepultum l. in tantum 6. §. religiosum de Religios. & sumtib. funer. l. 2. C. eod.* tamen de jure Canonico hoc soli conceditur Episcopo *c. de Xenodochiis 3. c. ad hac 4. & t. t. extr. in 6. de Relig. dom. Innoc. in c. abolenda de sepult. Mynsing. in §. Religiosum 7. d. R. D. Lindeman. in Exercit. Justin. disp. de R. D. tb. 16. 17. 18.* cum per ejus benedictionem locus non modo fiat religiosus, verum sacer *d. c. nemo de consecr. distinct. 1.*

66. Beneficio asyli quoq; in Ecclesiis & monasteriis ac aliis locis sacris & religiosis ut quis uti frui possit, Das sich einer des Gottes Frieden / oder Kirchen / Closter / Kirchhoff / Hospital / Capellen und dergleichen gebrauchen möge etiam est Episcopi *Consult. D. D. Ohm. tb. 16. lit. T.* Asyla enim, non modo in Ecclesiis & locis sacris sunt instituta præcavendæ mortis causa & vitæ promovendæ gratia *P. Premus de secur. promiss. & fid. publ. quest. 7.* verum etiam ut innocentes vel qui hominem per imprudentiam occidissent in locum per fugii, qui ab omni deprædatione immunis & quem spoliare nefas, confugientes tuti essent; ideoq; qui eos ex ejusmodi locis invitos abducere vellent, crimen læsæ Majestatis & sacrilegium ex constitutione Honorii & Theodosii in *l. 2. C. de his qui ad Eccles. confug.* committerent, quod etiam de jure Canonico observatur, ut nemo ad asylon confugientem abstrahere possit, nisi prius sacri asyli concessionem ab ipso Episcopo vel ejus vicario impetaverit *c. inter alia 6. de Immun. Eccles. Novell. 17.* Idque non ignorans Senatus Reutlingianus, Ulrico Duci Wirtembergico aliquando justè abstractionem talem negavit. *Hortleder. lib. 3. de caus. bell. Germ. c. 11. num. 23.*

67. Propter officia etiam beneficia Ecclesiastica cum sint constituta *Andr. Hispan. de Reg. Decim. q. 13. num. 15.* ideoq; rectè putat *Coras.* posse definiri, quod sint jus percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis provenientes clerico propter

propter divinum officium competens, illa quoque Episcopus cui hoc de jure competit per *c. 1. & ibi gloss. de commiss. prebend. in 6.* conferre debet; etenim, qui aliter absq; Episcopali autoritate beneficia Ecclesiastica præsumant vindicare, non per ostium intrant, sed aliunde conscendere dicuntur in *c. Relatum 21. de jur. patron.* Item Abbatibus & Abbatissis ut & sacris virginibus benedicere *c. 1. de suppl. neglig. Prælat. c. quamvis 4. distinct. 68.* Denique traditiones Ecclesiasticas conficere ne verbo Dei repugnent, *Clariss. D. D. Obm. l. d. lit. x.*

68. Et hæc sunt, quæ regulariter Episcopis ratione ordinis competunt; non tamen tolluntur ea, quæ ordines seculares ex consuetudine, præscriptione, privilegio & gratia, pactis conventis, transactione ac similibus ad se pertinere putant, sed illa facta tecta manent atque intactata: Cum etiam administratio juris Episcopalis, vi Pacis Religionis, ad Principes, Civitates & alios Imperii devenerit status, ea quæ sunt ordinis per Superintendentes sive alios Theologos, quæ verò *L. Diocesanae & jurisdictionis, per. Consistoriales expediuntur.*

69. Ratione *L. Diocesanae II.* competit Episcopo Canonica obedientia, subjectio & reverentia *c. conquiriente 16. de offic. ordinar. 1. Timoth 5. c. Ecce ego 6. distinct. 95.* quam non modò Clerici verum etiam Laici de diocesi Episcopo tanquam Reverendissimo præstare tenentur *d. c. conquerente quod super his 9. de major. & obed.* ideoq; quemadmodum parentes in jus vocare non possumus *l. parentes ff. de in jus vocand.* ita etiam hosce absq; venia non licebit *Modestin. in l. generaliter 13. b. t.*

70. Administratio, dispositio & gubernatio bonorum Ecclesiasticorum est quoq; Episcopi *c. præcissimus 24. & c. Episcopus 23. caus. 12. q. 1. Autor Des bedenkens von Kirchengütern apud Dn. Hortleder. de caus. bell. German. lib 5. c. 8. num. 24.* cum enim illa, quia semel Deo dicata, ampli⁹ prophanari non debeant, *c. semel de R. I. in 6. l. per legatum 16. de usu & usufr. leg.* ideoq; sub pœna Sacrilegii nec alienari, *c. nulli liceat 27. caus. 12. q. 1. & tot. t. Extr. de reb. Eccles. non alien. l. jubemus*

*jubemus 14. C. de Sacros. Eccles. Episcopi Bambergensis & Wirtz-
burgensis apud eundem de just. bell. German. lib. 6. c. 28. num.
90. Idcirco ne in impios usus convertantur, exacta requiritur
diligentia. Et si fortè præter certum modum aut formam
fuerint alienata, potest Episcopus vel Provisor sive œcono-
mus, quem sua vice de Clero constituere d. l. jubemus in pr. l.
omnes qui ubicunq; 33. §. hoc nihilominus C. de Episc. & Cler.
rationem ab iisdem repetere, [quod in tantum verum est, ut
patroni etiam, jura Episcopalia habentes, de eorum ratioci-
niis nihil sibi arrogare queant, Denn sie seynd nicht befugt
Kirchen Rechnung zu fordern; oder sich darbey einzudringen / ut
notat D. D. Laurent. Obm rh. 17. lit. b.] illa vindicare c.
Augustino 2. c. si. qua 4. caus. 12. q. u. l. sancimus C. de Sacros.
Eccles.*

71. Quoniam etiam summa erga Ecclesiam antiqui-
tùs fuerat devotio & hinc factum, ut multi de bonis suis de-
cimas tribuerent, illarum perceptionem & distributionem
etiã Episcopo attribuimus, cum aliàs sub manu Episcopi esse
debeant, siquidem ab illis qui cæteris præest, sunt distribuen-
dæ; Et ne frustra hocce fungantur officio, datur eis Canoni-
ca portio Episcopalis *Heinr. Canis. in summ. jur. Canon. lib.
12. §. fin.* quæ quarta decimationum appellatur, in remu-
nerationem onerum, quæ Episcopus subit singularum Ec-
clesiarum suæ diœceseos, quæ apud *Speculat. in §. 1. de stat.
Monach. & Bertachin. in tract. de Episc. 4. part. num. 40.* quo-
niam pauperes Episcopi essent nec proprii redditus ac sumtus
sufficerent; sed quia jam Episcoporum proventus sunt aucti,
portiones illis præstari solitæ, relictae sunt propriis usibus &
reparationi Ecclesiarum suarum, c. *priscis quidem Canonibus
2. c. unio 3. caus. 10 q. 3. Tholoss. lib. 2. c. 25. num. 10.*

72. Similiter ex Legatis, quæ à defunctis erant Eccle-
siæ relicta ad hærede præstanda §. 1. *Inst. de Legat* datur qua-
ta pars oblationum vel mortuariorū Episcopo d. c. *conque-
rente de offic. ordin. c. de quarta 4. de præscript. c. officii 14. d.
testam.* quæ tamen pro consuetudine loci interdum in tertiã
vel mediam varietur, c. *requisisti 15. b. r.* & si hujusmodi piæ
voluntatis nullus sit datus executor, potest Episcopus jure
imme-

immediato se immiscere, si enim heres voluntatem testatoris non exequitur, à die monitionis exceptio in rebus piis devolvitur ad Episcopum, *c. nos quidem 3. d. t. §. si quis adificatione l. Panorm. in c. Judicante & c. si heredes de test.* Si verò adhuc parere contemnat, ab Episcopo omnis res, quæ ei relicta, Canonice interdicitur cum fructibus & reliquis emolumentis *d. c. si herede 56.* etiamsi testator dixerit, ne cura ad Episcopum devolveretur *c. tua nobis 17. d. t.* siquidem nemo præcavere potest, ne leges in testamento locum habeant *l. 55. de legati.* si verò datus sit executor & ille negligens etiam in negligentiam dati executoris fit devolutio ad Episcopum *l. nulla 28. C. de Episcop. & Cleric.* cum negligentia unius alteri non debeat nocere nec lædere *l. 3. §. quare ff. de transact.*

73. Visitatio quoque, unde ut supra dictum Episcopus dicitur *c. clericos §. Episcopatus autem dist. 41.* quæ competit Episcopo ratione Dioceseos, *d. c. conquerente.* ideoque illam non immeritò ad L. Diocesianam posse referri censemus, ut enim sana Orthodoxa quæ doctrina hæresibus expulsis inducatur, boni mores conserventur, pravi corrigantur, populusque ad religionem & pacem accendatur ac omnia ad fructum fidelium cõstituantur, quod multis text. jur. Canon. videtur innuere *Matth. Steph. c. 14. num. 124.* annua visitatio est necessaria *c. cum Apostolus 6. de censib.* in qua Episcopus cunctas parochias pertransire, bonorum administrationem respicere *c. decrevimus 10. & seq. caus. 10. q. 1.* & ministris Ecclesiarum, qui senio confecti amplius præesse non possunt, de necessariis stipendiis & vitæ subsidiis providere debet.

74. Et cum nemo suis militare compelletur stipendiis *c. cum ex officio 16. de prescript.* ideoque hic etiam procuratio sumtuum debebitur Episcopis vel aliis visitoribus à Clero totius ordinis in communi, præcaveat tamen Episcopus necesse est, sive per se expediat visitationem, sive per alium puta Archidiaconum, qui propterea oculus Episcopi dicitur *c. ad hac 7. de offic. Archidiacon.* ne nimis Ecclesias gravet, sed sumtibus, quæ secundum impensarum modum præscriptum *c. cum Apostolus & c. procuraciones 23. de censit.* ac

D

juxta

juxta facultates Ecclesie esse debent *c. sopitara. d.t.* contentus esse velit. Ideoque etiam constitutum esse videmus, Episcopum in visitatione provincie pluribus quam quinque equis, uti non debere *d.c. cum Apostolus. d.t.*

75. Si vero forte in visitatione deprehenderit, mores ipsum corrigere litesve inter Clericos ortas determinare non posse, concessum est ei singulis annis Synodum bis convocare *c. propter Ecclesiasticas 15. distinct. 18.* non ut aliquid constituatur aut destruat, sed ut corrigatur, & ea in universali Concilia statuta publicentur *c. 1. in fin. d. distinct.* Ad quod omnes Clerici Synothadicum sive Cathedaticum, quod in favore Cathedra solvitur, dare debent, nisi quis specialiter se ab eo exemptum esse doceat, quod tamen annuatim duos solidos non excedit *c. illud. 4. c. fin. c. 10. quest. 3.* & potest exsolvi sive in Synodo sive alias in Dioeceseos peragracione *d.l.*

76. Fit etiam interdum ut Rex aut Imperator apud Episcopum divertat, quod dicitur, *Reyserlich Ablager halten* / vel Episcopus pro sustentatione ac defensione, modò id spondeat publica utilitas, aliquid emat, & de suo non sit solvendo, vel sine culpa ab hostibus captus, se redimere debeat, *Musse sich vmb eine gewisse Summa geldes ransoniren* / Clericos collectare, & ab iis moderatè exigere potest *d. c. conquerente Ro. sent. de feud. c. 5. conclus. 76. num. 2. lit. C. in not. & num. 8. & 9.* & hoc magis spontè quàm coactione ideoque magis ex gratia proficiscitur, quod etiam præter Episcopum tempore necessitatis exigere nemo potis est, nisi ex consuetudine vel privilegio inferioribus quoque Prælati sit indultum *Boër. decis. 133. num. 2. & seq. Soanetz. in recept. sentent. lit. n. 256.*

77. Honorificentissima demum functio in Academiis suæ diocesi insitis vel vicinis Cancellariatus, hoc est Doctores, Magistros & Bacalaueros creandi & promovendi licentia & potestas ex L. Diocesiana competit Episcopo, cum enim regulariter persona Cancellarii debeat esse Ecclesiastica, hoc jus in Episcopos diocesios in terris Ecclesie & Imperii est devolutum & translatum *Joach. Steph. lib. 1. Inst. jur. Can. c. 8. num. 22.* Ideoque Basiliensis agit Cancellarium ejusdem

dem Academiae ut & Friburgicae in Brisgoja, Sverinensis Rostochianae, Merseburgensis Lipsicae, & Caminensis Grifhiswaldicae, quae tamen licentia hodie ex gratiosa concessione penes Vicedecanos residet.

78. Ratione Jurisdictionis III. quam cum *Consultis. D.D. Obm favitore meo multis nominibus colendo*, ambire potius quam emetiri volumus, consideramus Episcopum dupliciter, quatenus est persona Ecclesiastica & politica, licet admodum difficile videatur unam personam duarum vicem sustinere *l. 9. ff. d. pact. l. 13. §. 4 ad S. C. Trebell.* cum utraq; facultas etiam in una concurrere debeat *Becht. de salu. conduct. c. 8. clas. 3.* ideoq; duplicem etiam jurisdictionem Ecclesiasticam & politicam ipsis assignamus.

79. Ultramq; exercet Episcopus in diocesi generali, ubi simul jus territorii habet, & ideo ratione hujus juris ut & bonorum mensualium, fundorum, praediorum, civitatum & feudorum militarium, secularem exercet: Spiritualem vero, quoniam ea quae animam concernunt & Clericos, ipsi sunt demandata, ubi autem jure territorii caret, ibi saltem ea, quae res sacras benedictas & religiosas concernunt terrarum Imperii, exercet & in iis saltem quae sunt ordinis Diocesanae & jurisdictionis Spiritualis tam quoad Clericos, tam quoad Laicos usurpat, jurisdictione temporali & prophana penes Dominos territorii remanente & residente *Matth. Steph. l. d. num. 13.*

80. Notandum autem olim quidem lege à Theodofio lata controversias omnes forenses non tantum Clericorum, verum etiam Laicorum ad iudicium Ecclesiasticum pertinuisse, quod etiam confirmatum & renovatum videtur in *c. quaecumq; 7. caus. 11. q. 1. c. novit 13. de judic.* sed postmodum mutatis Episcoporum moribus de causis Clericorum civilibus cognoscere ad praesides & magistratus devenit *l. cum Clericis 25. d. Episc. & Cler.* Ne tamen omnino à cultu ac ministeriis divinis abstraherentur & clericorum lites finirentur, quarundam causarum cognitio ipsis est permessa, sub hac tamen conditione, ut esset in arbitrio victi in sententia ab Episcopo lata acquiescere vel ab ejus responso recedere & ad

81.

D 2

politic;

politici magistratus iudiciū provocare, sed & hoc postea Pontificum constitutionibus est sublatū, & sunt Clerici ex iurisdictione Laicorum in causis Spiritualibus *Ampliss. & Consultiss. D. D. Arnold. Engelbrecht d. d. th. 91. planè exempti & significasti 18. c. si diligenti 12. de for. compet. constit. Frideric. II. hoc edictalis sancimus in usib. feud. Duaren. de Sacros. Eccles. minister. lib. 1. c. 2. in fin.* ita ut, licet aliàs Episcopi nullum legis forum habeant, nisi quod Episcopus ex more compromissi & sedentis arbitri cognoscere possit *l. 7. C. de Episc. aud. coram Episcopo suo tantum sunt conveniendi c. si quis Clericus 1. & ibi Abb. & Felin. de for. compet. Euly. Pacian. consil. 146. num. 113.*

81. Potest ergò Episcopus vi suæ iurisdictionis quam in sua dioecesi & qualibet ejus parte fundatam habet, omnes Clericorum tam Spirituales quam civiles & criminales, *l. cum clericis 25. Auth. statuimus C. de Episcop. & Cleric.* Laicorum verò quæ animam, religionem conscientiam respiciunt, aut quæ aliàs jura Ecclesiastica proximè attingunt *c. decernimus. 2. de judic. audire.* aliàs enim Laici coram Episcopo non sunt conveniendi, nisi justitia secularis deficiat, aut consuetudo id exposcat *c. si Clericus 5. c. licet ex suspecto 10. de for. compet.* aut casus sacrilegium attingat *Clariss. Obm l. d. lit. D.*

82. Judex est itaq; Clericorum suæ diœceseos ordinarius *t. t. Extr. & in 6. de offic. & potest. ordin. t. t. de judic. cum multis seqq. c. 6. q. 3.* ac duplici vinculo ad rectè judicandum est ligatus, siquidem geminam fidem & sanctitatem tam in corrupti judicis, quam sancti sacerdotis præstare debet *arg. l. decernimus 13. l. tam dementis 28. C. de Episc. audient. c. cum ab omni 10. de vit. & honest. cler. & ita vi suæ iurisdictionis per sententiam definire poterit, cum in ferenda sententia ejus potestas potissimum elucescat *Dd. in l. duo 28. ff. de re judic. l. 1. ff. cod.**

83. Jurisdictio etiam cum sine coercitione nullâ parumq; effeax *Obrecht de jurisdict. c. 2. num. 14. & seqq.* ita ut commodè exercere non possit *l. fin. ff. de offic. ejus cui mandat. l. 2. de jurisdict.* Ideoq; etiam poenas decernere poterit, etenim

erenim cum delicta non impunita manere jubeat ratio *l. 70. §. 5. ff. de fidejuss.* bonos premiis, malos verò pœnis afficiendos esse Reipubl. profit, incumbet Episcopo ad instar Præsidis provinciam suam vel dioecesim purgare *c. placuit 4. c. 6. q. 3. l. 3. de offic. præs. id.*

84. Pœnas autem statuimus vel Ecclesiasticas sive Canonicas vel Seculares: Ad illas, quæ reformationem & correctionem vitæ aut morum respiciunt, refertur I. EXCOMMUNICATIO, quæ vel major vel minor; Illa est exclusio à communione tam sacrorum quam profanorum cum tali infamia, quali in terra nulla major esse possit *Petr. Syring. de pac. Relig. c. 6. p. 66.* vel est Christiani hominis à toto corpore Ecclesiæ & communione fidelium abscissio & submotio *c. omnis Christianus 32. c. 11. q. 3. cum. seq. c. pen. de sent. excomm.* & quoniam omnium pœnarum est atrocissima, unde anathema dicitur, qua homo Satanæ traditur *1. Cor. 5. 2. 5. 1. Timoth. 1. v. fin.* ideoq; exactissimam cognitionem requirit. Minor verò saltem à cultu publico ministerii & perceptione Sacramentorum, separat salvo tamen hominum commercio *d. c. pen. Joach. Steph. lib. 3. Inst. jus. Canon. c. fin. num. 12.*

85. II. DEPOSITIO, quæ vel Actualis vel Verbalis: Illa propriè dicitur degradatio, qua nimirum Clericus ob grave flagitium non solum dignitatibus & honoribus, sed etiam ordinibus & privilegiis sacris exuitur ad formam præscriptam in *c. degradatio 2. de pœn. in 6.* & hinc traditur ad puniendum curiæ seculari; quod tamen cum mica salis intelligendum, si nempe sit incorrigibilis; cum enim pœnitentiam facti, detrudendus siletem est in perpetuum carcerem, vel monasterium *Aretin. & Decius in c. Et si cleric. in princ. de judic. per text. in c. cum non ab homine eod. Beret. Consil. 76. num. 12.* Verbalis verò depositio fit per sententiam Episcopi *d. c. degradatio junct. c. 3. cum seq. q. 7.* qua tantum Clericus ab honoribus & dignitate clericali salvo manente privilegio & ordine removetur *Joach. Steph. l. d. num. 4. 5.*

86. III. INTERDICTUM, quod est censura Ecclesiastica, qua Universitati aut certæ parti facultas & jus

D. 3.

exercen-

exercendæ religionis adimitur, Clericisq; interdicitur, ne divina officia ibi celebrent, aut Sacramenta administrent, aut sepultura mortuos Ecclesiasticos dignentur *c. si sententia 16. cum seq. de sent. excomm. in 6.* Et quemadmodum excommunicatio ad personas: ita interdictum ad res & loca dirigitur, licet per consequentiam ad personas quoq; pertineat; quod etiam duplex invenitur, si enim tota aliqua civitas sive universitas alicui interdicitur, dicitur generale, si verò pars aliqua universitatis veluti Clerus aut Senatus separatim interdicto prohibetur, speciale dicitur *d. c. de sentent. excomm. in 6.*

87. Accedit hisce IV. *Clericorum ob crimen excessum vel defectum cognitum ab officio & dignitate suspensio*; quæ nihil aliud est, quàm Clericorum exercitii, officiorum suorum vel beneficiorum in totum vel pro parte ad certum tempus vel in perpetuum interdictio *c. tuarum 11. de privileg. & excess. c. querenti 20. extr. de V. S.*

88. Annumerari etiam hisce possunt V. *Carcer perpetuus vel temporalis c. quamvis 3. de pæn. in 6. commestio panis nudi & aquæ potus ad certam mensuram & certum tempus c. accusasti, 8. Extr. de accus. detrusionis in monasterium c. sine 6. de pæn. in 6. multa pecuniaria l. 1. c. de Episc. aud.* quæ omnia Episcopus vi suæ jurisdictionis exercere potest.

89. Non tamen temerè aut importunè & supra modum Episcopus debet sævire *l. Episcopis 30. C. de Episc. & Cler. Novell. 123. c. 11.* sed omnia ex probatissima & justissima causa debet exercere, ideoq; remedia adversus injustam excommunicationem sunt posita in jure Canonico ac propterea quemadmodum eos ab honorum & dignitatis culmine remove: ita etiam in pristinum restituere *d. c. tuarum de privileg.* reconciliatosvè ab Excommunicatione & interdicto iterum absolvere debet *c. si Episcopus 4. c. 11. q. 3. c. nuper 29. de sent. excomm.*

90. Poenæ seculares vel sunt Capitales vel criminales vel civiles; illæ sunt, quando Clericus vita privandus, de quo crimine

crimine Episcopus cognoscere quidem & jus dicere potest, executionem verò per Officiales sive Vicarios suos expediri curat, cum de rigore Canonum poenam sanguinis irrogare, judici Ecclesiastico non conveniat *c. inter 6. c. 33. q. 2. c. cum non ab homine 10. de judic.* Ideoque quando in corrigibilem, suæ jurisdictionis hominem Episcopus emendare suo judicio non possit, brachio & gladio committit temporali, vel castigandum vel tollendum relinquit *d. c. 10. de judic.* exau-toratione seu degradatione prius facta *c. novimus 27. extr. de V. S. Novell. 83. §. 2.* & tenetur Judex secularis Ecclesiastico uti & hic vicissim illi, atque ita mutua sibi invicem operam præstare *Covarr. tom. var. resolut. c. 10. num. 1. lib. 1. Gail. 1. observ. 15. Menoch. de arbitr. jud. quest. casu 452. num. 4 & de retin. possess. remed. 3. num. 359. & multi alii quos Matth. Steph. l. d. num. 135. recenset.*

91. C. usæ Laicorum, in quibus Episcopus est Judex, sunt *Absolutio à Juramento illicitè extorto sive aliàs præstito ad agendam aliquid quod contra bonos mores c. si verò 8. c. cum quidem 12. §. fin. c. verum 15. de jurejur.* non enim Canones in temporalibus leges civiles sequi, *c. si in adjutorium 7. distinct. 10.* & contra leges civiles in Spiritualibus Canones erubescunt cum autem juramentum merè sit Ecclesiasticum, utpote quod ad conscientiam spectat, non ad Laicos vel Imperatores, licet olim solis illis competebat *arg. l. fin. ff. qui satisfac. coguntur l. adigere §. fin. ff. de jur. patron. l. fin. ff. ad munic. l. 1. C. qui milit. poss.* Sed ad Episcopum est recurrendum *c. fin. de for. comp. in 6.* Hodie tamen eam ex singulari concessione & permissione Cameram Imperialem habere *part. 2. ord. t. 24. Mynsing. 3. observ. 99. Gail. 1. observ. 25. & 38.* ut & Electorem Saxoniae ea gaudere *ex part. 2. constit. Elect. c. 36.* constat liquidissimè.

92. Ita etiam in matrimoniis vetitis solus Imperator antiquitus poterat dispensare *arg. l. adoptio 38. ff. de adopt. l. si Senatori 31. l. qui in provincia 57. §. 1. de R. N.* Quod tamen ferè proprium Episcopi de jure Canonico [nam aliàs politicos etiam posse decernere est manifestum *Beust. de Matrim. Rennem. d. ff. 8. tb. 21.*] ubi notandum dispensationem
in li-

in linea collateralis saltem non verò in ascendente vel descendente locum habere, neq; in gradibus jure divino vel civili expressè prohibitis, sed saltem in iis de jure Canonico non concessis, si causa sufficiens & prægnans adfuerit *c. quis circa 6. de consang. & affin. Beust. de matrim. c. 56.* & hæc de jurisdictione Episcopi.

93. Jurisdictione Archiepiscopi aliquando latius se extendit; nam ille præter suam jurisdictionem in diocesi habet potestatem etiam lege Metropolitana in suffraganeos, *c. Pastoralis 11. de offic. ordin. & propterea in iis locis certi diocesi non subjectis suam intentionem fundatam habet. Lancellot. in templ. omnium judic. lib. c. 1. 2. 3. 4. & 5.* ideoque de crimine quoq; Episcopi tanquam suffraganei *c. 46. 11. q. 1.* & censuras Ecclesiasticas non modò contra eum verum etiam contra ejus Vicarios & Officiales exercere potest *Abb. in c. ut tantum de Simon.* nisi delicti atrocitas depositionem seu privationem dignitatis vel translationem exposcat, quo casu cum consilio suffraganeorum in crimen commissum inquirere debet *Abb. in cap. 2. de accusat. Pauermeist. l. d. num. 118.*

94. Ratione deniq; dignitatis IV. quæ non simpliciter dignitas, sed dignitatis honorumq; culmen, apex & fastigium *c. venerabilis 37. de præbend. c. si per ordinationem 5. distinct. 63.* unde amplissima *Scot. respons. 28. lib. 6. num. 35.* & excelsa *Menoch. consil. 201. num. 302.* appellatur, Item Illustris dicitur *Bald. in l. nullus qui nexu C. de decur.* persona egregia *l. ad egregias ff. de jurejur.* similis præfecti præterio Episcopali *c. de Episc. aud.* comparantur prætoribus & præsidibus *Sichard. ad rubr. C. qui admitt. ad honor. possess. num. 12.* ut & ratione Diocesanos Dominus *c. cum contingat. 13. de for. comp.* atq; ob reverentiam quam Clerici non modò, sed etiam Laici tenentur Reverendissimus *c. in nomine Domini disp. 23.* Et cum jam status Imperii rectè Illustrissimi item Serenissimi appellantur ut scribit *Zabar. in Cleric. in planisq; in 4. in notab. de Elect. a. Matth. Steph. d. l. num. 4. citatus.*

95. Hinc ergò habent privilegia personis illustribus competentia, quæ jura ipsis etiam non denegant *l. quoties. 17. §. fin.*

§. fin. de dignit. Auth. Episcopalis l. ad similitudinem 21. C. de Episc. & Cler. l. nullus qui nexu C. de decur. inter quæ præter cœtera, quæ Matth. Steph. lib. 3. part. 1. c. 14. num. 5. enumerat immunitatem & libertatem à patria potestate Novell. 81. c. fin. junct. §. filiusfamilias Inst. quib. mod. jus. pat. potest. solv. Auth. sed Episc. C. de Episc. & Cleric. & in l. generaliter 52. eod. Sneider. §. filiusfamilias. Costald. in l. lis nulla ff. de judic. ut & securitatem in Auth. nullus Episcopus C. eod. non inferiora esse putamus.

96. Et consistit splendoris & dignitatis ipsorum non parū in prerogativa qua unus alteri præstat & præcellētia, qua Laicis antecedunt; cum enim duæ hic dignitates in unam concurrunt personā Ecclesiastica nempe & secularis, *Novell. 6. pr. junct. doct. Everh. loc. ab ordin. num. 7. 8. 13 14. c. duo sunt pr. distinct. 96.* etiam hisce erunt præferendi, in quibus una saltem habet locum, & hinc in sessione secundus, ipsis attribuitur locus, in jure enim Saxonico *lib. 1. Landrecht artic. 3.* dicitur, *Die Bischoffe haben den andern Heerschilder/ vnd ist dieser Heerschilder nichts anders / denn ihr geistlicher Fürstenstand vnd Recht / daß sie von ihren Fürstenthumen haben / Consultiß. D. D. Ohm fautor & promotor meus colendus tb. 19. lit. C.*

97. Et propter hanc præcellentiam competunt ipsis functiones dignissimæ Imperatores & Reges coronare, ungerere, consecrare. Cum enim antiquitus quasi ipsa Dei manus supremo ordini, qui nunc est Episcopatus, tradidit *1. Reg. 8. v. fin. & c. 9. v. 16. & c. 10. v. 1. c. 16. v. 12. 13: & 3. Reg. 1. v. 45. & 4. Reg. 11. v. 12.* rectè etiam ad huc ab eis exercentur *Aur. Bull. c. 4. §. primo quidem.*

98. Quoniam autem in Imperio Romano Germanico Episcopi inter Principes Imperii sint ascripti, unde amplissimarum rerum Domini effecti, *Capitulum Magdeburg. in scripto adversus civitatem cognominem apud Ampliß. Dn. Hortled. de just. bell. Germ. lib. 4. c. 1. num. 10. Episcopus Bambergensis apud eundem d. lib. 6. c. 5. num. 35. & 36. Item c. 22. num. 22. Consultiß. Dn. Hilliger. in Donell. Enucl. lib. 17. c. 10. not. 8. Cluten. Syllog. rer. quotid. Dan. Ott. dissert. de jur. publ.*

E

c. 28. p.

c. 18. p. 611. Cunctis jüribus Regalibus & territorialibus *Mit aller weltlichen Obrigkeit.* Instar ceterorum Principum Imperii secularium sunt investiti ac decorati *Amplis. D. D. Arum. Præceptor meus summè suspiciendus discurs. 3. ad Aur. Bull. Pe. regrim. de jur. fis. lib. 1. tit. 2. num. 104. Gail. de pignor. Imper. c. 7. num. Prückm. ad rubric. que sunt regal. c. 4. num. 39.* cum enim tanta veterum in religionis fuerat devotio, ut sine Sacerdotibus & Episcopis nihil magnum feliciter se absolvere posse sperarent, & ita demum omnia ritè procedere putarent, si religionis antistites suis consiliis præsentibus haberent, *Petr. Haig. part. 1. q. 4. num. 16.* recepti sunt, referente Hermoldo à Ludovico Pio in ordines Imperii *Sixtin de Reg. lib. 1. c. 4. num. 125.* ut qui propter animarum regimen Principes cœli, etiam Principes efficeret regni *Matth. Steph. l. d. num. 16.*

99. Cum etiam Episcopi ut personæ Ecclesiasticæ propriè territorium non habeant, *c. ne Romani 2. §. sane de Elect. Duar. lib. 1. de Sacros. Eccles. minister. c. 4. Andr. Kinchn. in comment. Saxon. de jur. non provos. c. 4. num. 69.* nusquam enim in Canonibus Romanorum Pontificum Episcopis districtus continuus legitur assignatus, sed saltem diœcesis, id est dispersæ multorum habitationes *d. c. ne Romani*, ut enim omnis potestas politica certis limitibus territorii, personarum & causarum, sic & Episcoporum *δικαιοσύνη* non quidem territorio, sed diœcesi cum certarum quoq; personarum & causarum attributione est definita, tamen quatenus simul Episcopi & Principis personam sustinent, territorium quoq; & diœcesin simul habent *Berett. consil. 3. num. 27.* cumq; etiam Episcopus solam Cathedram habet, & propterea saltem Cathedraticum exigere potest, nunc quatenus simul secularis, tribunal, exercere potest; ac in summa quæcunq; Princeps ratione jurisdictionis & Regalium eo quoq; Episcopo tribuenda esse censemus.

100. Hinc facilè quæstio hæc decidi poterit; An Episcopus Regalia quoq; ab Imperatore recognoscat? Si enim omnes Imperii status ab Imperatore habent, quis Episcopis denegabit, siquidem illos etiam status Imperii esse jam est dictum

dictum. Accedit & hoc, quod ratione regalium Imperato-
rem agnoscant superiorem, unde etiam ab eorum sententia
ad Cameram rectè appellatur *Gail. observ. 30. num. 2. & notat*
etiam Cujac. lib. 3. de feud. Episcopos de suis regalibus esse in-
vestitos; Imò Bremensis & Halberstadenſis ob id, quod Im-
peratore in Italiam proficiscente domi mansissent à Frideri-
co I. feudis fuerunt privati *Matth. Steph. 1. d. num. 19.* Adde
text. jur. Saxon. & gloss. margin. ad articul. 26 lib. 1. Landrecht
ubi: Der Heerschilt ist der Gürtel / die Dignitet / Prælatura o-
der der Stand ihrer Person / ihres Rechts, vnd Gutes in der
Kirchen, daß sie vom Römischen Kayser vnter dem Namen der
Regalien empfahen / zu geistlichen Fürstenthumen des Reichs.

101. Similiter nec diu morabimur in hac quæstione.
An Episcopus feudum dare, an etiam feudum accipere pos-
sit? nam feudum dare posse constat *ex c. unic. in pr. de his*
qui feud. dar. poss. Hunn. diss. feud. c. 7. Borch. de feud. c. 5. n.
12. tam propria bona quàm Ecclesiæ, si infeudari solita &
Ecclesia aperta etiam sine solemnitatibus, quæ aliàs adhiberi
solent *Gloss. in c. de his qui feud. dar. poss. Rosenth. c. 4. conf.*
25. num. 8. nam res non solita infeudari, non sine urgente
necessitate nec solemnitatum adhibitione in feudari potest
Clem. 1. junct. gloss. de Reb. Eccles. non alien. nisi causa adeo sit
urgens, ut absq; damno Ecclesiæ nullam delationem patia-
tur. Et probant Exempla, non solum nobiles feuda ab Epi-
scopo recognoscere *Hortl lib. 6. de just. Bell. germ. c. 28. num.*
final. verùm etiam Principes non deesse, qui à nonnullis, de
integris etiã Comitibus ac Baronatibus, sunt investiti, &
talis est inter alios Herbipolensis, qui præter Comites etiam
aliquot Principes seculares habet Vasallos. Talis Bamber-
gensis, cujus Vasalli sunt, omnes IV. Electores seculares.
apud eundem Ampli. Dn. Hortlederum fautorem meum colen-
dum d. l. c. 5. num. 37.

102. Etsi autem hæc omnia ab Episcopis ipsis olim
magna cum gravitate ac decore exerceri solebant, hoc tamẽ
tempore præcipuè in Germania Episcopi, qui civilem ac Re-
galem potestatem cum Ecclesiastica habent conjunctam,
imò & status Imperii, qui Augustanæ Confessioni addicti

& ex constitutione pacis Religionis jura hæc sibimetipsis non immeritò defeudunt, certis personis Ecclesiasticis vel Vicariis juridicis qui variis nominibus officiales, nuncii vel missi Domini foranei substituti, Visitatores vel vice Domini & vice Comites appellitantur *Johan. Franse. Pavin. in tract. de offic. cap. sed. vac. ejusmodi jura committunt & delegant Pauermeist. lib. 2. c. 7. num. 92. & 93.*

103. Non omnes tamen Archiepiscopos status Imperis facimus, sed saltem ex Archiepiscopis VII. ut Moguntinensem, Trevirensensem, Coloniensem [qui ut Imperii Principes præminentiam, illam Electuræ habere creduntur *Matth. Steph. l. d. 11. 15.*] Magdeburgensem, Salisburgensem, Bremensem & Vefontinum admittimus.

104. Et licet in Germania 66. Episcopi deprehendantur, qui in Atlante Minore Mercatoris recensentur, in Comitibus tamen saltem 27. locum & votum habere deprehendimus. Cum enim Imperatorem solùm non recognoscant superiorem, neq; in matriculam Imperii recepti sint, imò soli Imperatori juramentum fidelitatis non præstent, nec ab Imperatore, Regalia, dignitates & privilegia obtineant, status Imperii non esse putamus. Quales autem illi sunt, recenset *Pauermeist. l. d. c. 2. num. 17.*

105. Cognata Archiepiscoporum & Episcoporum sunt postulati vel electi Administratores & coadjutores, qui locum & vicem illorum sustinent; item Capitulum sede vacante, quod omnem potestatem Episcopalem habet, jurisdictionaliaq; exercet. *Amplis. & Consultis. D. D. Arum. Præceptor meus honorandus discurs. ad Aur. Bull. 1. th. 24.* nec non Abbates & Prælati exempti, quos vulgò *gefrenye Abbe vnd Prælaten* vocant; omnia enim pene, quæ Episcopus potest exercere illa etiam hi non secus ac Episcopus ipsi possunt expedire. Sed pedem figamus quoniam

Anchora de prora jacitur, stat littore puppis.



DISP. V.







URIS PUBLICI
RTUS

2

NO GER.
IMPERII
SCOPIS ET
COPIS.

D. M. A.

*hujus Salanae Celeberris
Facultate*

DENTE

IORO BEIN-
NTZLEBIENSI
burgico.

*legis discutiendum
ponit*

ÜHN HALENSIS

horis & loco consuetis.

N Æ

STEINMANNI.

OC. XIX.

